

Johann Jacob Döbel

**Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Jacobus Döbelius, Med. D.P.P.
Poliater, & Facultatis suae p.t. Decanus, Viri ... Dn. Johann-Bernhard Zinzerlingii,
I.U.D. & Poesos, in hac Universitate, Professoris ... Funus solenniter indicit,
atq[ue] ad eundum exequias, Omnes, Omnium Ordinum, Cives Academicos
peramanter invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoris die XII. Febr. Anno M.DC.LXIX.]**

Rostochi[i]: Kilius, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn755916883>

Druck Freier  Zugang



Universitäts
Bibliothek
Rostock

1800

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755916883/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755916883/phys_0001)

DFG

KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhaftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.
Steht bei Rara -

KL-241.(4) <SON>

bestrohlt 2000



45

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
**JOANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,**

Med.D.P.P. Poliater,& Facultatis
suæ p. t. DECANUS,

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, & Consultissimi,

**DN. JOHANN-
BERNHARD ZIN-
ZERLINGII,**

J.U.D. & Poëseos, in hac Universitate,



Professoris Clarissimi,
Funus solenniter indicit,

atq;

adeundum exequias,

**Omnes, Omnia Ordinum, CIVES
ACADEMICOS per amanter invitat.**

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Quidem diversæ passim Philosophiæ circumferuntur descriptiones, quas singulas, & recensere, longum; & ad rationis, in præsentiarum, libellam revocare, tædiosum foret. Antiquissimam ego primâ facio: tanquā à Philosophorū, quos habemus, Primate latā, omniumque, rectè philosophantium, calculō, hactenus approbatā Platonis ea est, digna profecto Authore tantō, utut duabus tantum voculis, MEDITATIONE, puta, MORTIS, absolvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantō nos evadere sapientiores, quanto vivaciūs consideremus mortem. Neque verō in hoc ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philosophia quærimus, circa mortis meditationem reperiamus. Mortis meditatio est, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque tales in vitâ efficit, quales esse in morte desideramus. Ea, animum ab iis abstrahit, quæ à verō nos abducere, aut aliquam, nomini nostro, vitiorum notam inurere possunt. Ea est, quæ dolorem excutit, timorem pellit, tranquillitatem inducit: quando adversus casuum animum varietates firmat, adversus incerta certum reddit, quando omnia ab eodem impedimenta amovet, quò tantō paratior sit, sicuti res exiget, statim facere, quod aliquando est faciendum, statim exire, quo aliquando est exeendum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mortalium cœcitas est, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm nullum aliud in terris animal, præter hominem, cognitione.

DE

DEI sit imbutum, cùm nihil sit aliud, quod animo, è divina
mente hausto, præditum sit; seposita hæc cognatione Divinæ,
aversari migrationem ad DEUM? Philosophus, quod præstan-
tiore eat ad DEUM, ab eo, in omnibus, principium sumit cogitan-
di, dicendi, agendi. Cùm sciat aliquando sibi esse moriendum,
omnem horam decretoriam, omne momentum, sibi ultimum
facit. Cumquæ nunquam non, præter intentionem etiam,
homini quid excidat obliqui, in hæc vitæ ipse judicat, ne judice-
tur in futurâ. Illustre hujus rei nobis exemplum Seneca præbet.
Ego, inquit, velut appropinquet ultimum momentum, & ille,
latus sententiam, de omnibus annis meis, dies venerit, ita me
observo, & alloquor: ut or enim hæc potestate, & quotidie
apud me causam dico. Cùm sublatum è conspectu lumen est, &
conticuit Uxor, moris jam mei conscientia, totum diem mecum
scrutor, facta remetiens, ac dicta mea. Nihil mihi abscondo,
nihil transeo. In ista disputatione pugnacius locutus es: noli posse à
congregi cum imperitis, nolunt discere, qui nunquam didicerunt. Il-
lum liberius admonuisti, quam debebas: itaque non nemenda fli, sed of-
fendisti: de cetero vide, non tantum an verum sit, quod dicas; sed an
ille, cui dicitur, sit patiens veri. In convivio quorundam te sales,
& in dolorem tuum, jacta verba tetigerunt? Vitare vulgaren-
tis convictum memento: solutior est licentia post vinum. Minus ho-
nor ato loco positus, irasci cœpisti, convivatori, vocatori, ipsi, qui
tibi præferebatur? demens, quid interest, quam lecti premas par-
tem & honestiorem te aut turpiorem potest facere pulvinus? Non
eqis quendam oculis vidisti, quia de ingenio tuo male locutus est: rei-
pis bane legem? ergo te Ennius, quoniam non delectaris, odisset; & Cice-
ro, si derideres carmina ejus, inimicus esset. O rem, tanto majori
laude, in pagano, dignam, quanto minori eam æmulatione pro-
sequuntur Christiani. In omnibus operibus tuis memorare
novissima, monet Syracides, & in æternum non peccabis. Imò
ipse, cum Mose, David, Domine, rogat, doce nos numerare dies
nostros, ut ad sapientiam cor nostrum applicemus. Huic sa-

pietate, ex mortis meditatione proficiscenti, totum se dederat
hactenus, Vir Amplissimus & Consultissimus DN. JOHAN-
BERNHARD ZINZERLING, J. U. D. & Pœseos, in hac Uni-
versitate, Professor. Noveratis optimè, quām serō sit, vivere vel-
le, cūm desinendum est: totā itaque vitā vivebat bene, qui a totā
vitā discebat mori. Sciebat probè, hoc turpiorem esse, si ab-
surdē canat is, qui se Musicum haberi velit; quod in eo ipso pec-
cat, cuius scientiam profitetur: Ita Philosophū quoq; in ratione
vitæ peccantem, hoc turpiorem esse, quod in officio, cuius
Magister esse vult, peccat, artemque vitæ professus, labatur
in vitâ, totus itaq; in id incumbebat, ut disciplinam suam fa-
ceret, non ostentationem scientiæ; Sed Legem vitæ. Hic, tam e-
gregius Philosophus, natus est Sternebergæ. ANNO. M. DC.
XXV. sub finem Maij, Patre quidem DN. IUSTO ZIN-
ZERLINGIO P. L. C. JCto, Sacræ Reg. Majest. Sveciæ, GU-
STAVI ADOLPHI, & Illustrissimi Oldenburgici Comitis, A N-
THONII GUNTHERI, Consiliario, atq; Dicasterii-Provincie
Meckl. Adseffore gravissimo: Matre verò AGNETA HAH-
NEN. Avus paternus fuit, M. MICHAEL ZINZERLING,
Eccl. Elenenb. ad triennium, & Tungedanæ, ad quadrage-
simum tertium annum, Pastor. Avia paterna, JUSTINA
Brysmans / filia JUSTI LUDOV. BRYSMANNI,
Gr. Ling & Orat. Prof. Jenensis. Avus maternus, BERNHAR-
DUS HAHNE, Patritius Rostochiensis. Avia materna, ELI-
SABETHA Clingen / filia BARTHOLOMÆI Clingen/
J. U. D & Prof. de hac Academiâ, longè meritissimi, ex Uxo-
re MARGARETHA Kronen. Proavus maternus fuit M.
JOHANNES ZINZERLING, Eccl. Wangenheimen-
sis Pastor, totiusq; Dioeceseos per LI. annos Superintendens, ad
Ministerium Ecclesiasticum, ab ipsô B. Luthero, & Bugenha-
gio ordinatus. Proavus maternus, JOACHIMUS Hahne / Se-
nator Rostoch. Proavia materna, ELISABETHA Schmie-
din / filia BALTHASARIS Schmieden / Civ. Rostoch., & Soror
BAR-

BARTHOLDI Schmieden / Consulis Rostochiensis. His Parentibus & Majoribus, post DEUM, vita suæ exordium debuit Noster, qui verum vitæ, æternum durantis, vigorem, sacrâ baptismatis lymphâ, ipsi quoq; procurarunt. Sed utroque Parentum dulcissimorum, nec dum septennis, orbus: in ædibus Materteræ suæ p. m. ELISABETHÆ HAHNIAE, trium Excellentissimorum Jutorum, D. THOMÆ LINDEMANNI, D. ZACHARIÆ SITMANNI, & D. ADOLPHI FRIDERICI von Hagen / Conjugis, ita educatus fuit, ut sub Doctissimis & Clarissimis Præceptoribus, non mediocria, Humanitatis, Artiumque liberalium, jaceret fundamenta. ANNO M. DC. XLII. contulit se ad Illustre Nordalbingorum, quod est Bordeholmi, Gymnasium, in quô, intercessione Viri Magnifici DN. CHRISTIANI CASSII, Consiliarii Ultinensis, à Celsissimo Duce Holsatiæ, in numerum Alumnorum cooptatus, per biennium, indefessam virtuti operam navavit. ANNO M. DC. XLIV. Roseto hoc nostro resalutato, per trienium, præ cæteris, Informatoribus gavisus fuit, Viris in Philosophiâ & Philologîâ Excellentissimis, DN. CASPARO MAURITIO & DN. AUGUSTO VARENIO, Phil. & Theol. Doctoribus, & Professoribus Celebratissimis. Posthac tamen, ANNO M. DC. XLVII. imminente hyeme, Julianam Academiam petiit, in quâ Professores, aliosque Viros Clarissimos, præcipue CONRADUM HORNEJUM Theologum, (cujus etiam convictor fuit) HENRICUM HAHNIUM, GEORGIUM WERNERUM, HERMANNUM CONRINGIUM audivit. Intra biennium, inde retractus, patrium ANNO M. DC. XLIX. Lycéum revisit, in eodem, quantum per curas quidem, dominatas, Dcminoq; notas, licuit, studia sua continuaturus. ANNO M. DC. LI. ad Ephoriæ Generosorum Adolescentum, BOGLISAI ERNESTI à Petersdorff / & ADAMI WEDIGII à Platen / Equitum Pomeranorum, Gryphisvaldiam est vocatus, ubi docendo alios, ipse semet quoq; publicè & pri-

& privatim, in Utroq; Jure exercuit, ac sub Præsidio Excellent.
DN. HENRICI MICHAELIS, P.P. Disputationem, de Proba-
tionibus, proprio Marte conscriptam, Anno M. DC. LIII. men-
se Octobr. maximò cum applausu exhibuit. Anno M. DC. LV.
denuò à Generoso DN. HIERONYMO GEORGIO AB OSTEN,
Equite Mecklenburgico, Consiliario Oldenburgico, & Satrapâ
Delmenhorstensi, ad filii, sibi unicè dilecti, CHRISTIANI GUN-
TERI, ephoriam est vocatus. Sed cùm interim soror ejus u-
nica, secundis auspiciis, Theologo Celeberrimo, DN. JOHAN-
NI GEORGIO DORSCHEO, elocaretur; factum est, ut i. e.
jus authoritate, Anno M. DC. LVII. in patriam retractus,
paulo pòst, summos, in Facultate Juridicâ, Honores sibi exo-
ptaret. Hoc fine Anno M. DC. LX. sub, præsidio Excell. DN. D.
HERMANNI LEMBKEN, JCti Celeberrimi, Disputat. uti vo-
cant, Inauguralem, DE IMPENSIS DOTIS, FUNERIS, ET LITIS, summò
cum applausu defendit, Anno M. DC. LXI. Regimontum Bo-
russorum abiit, ubi, diversis Juris Collegiis privatis institutis,
non levem, Magnorum Virorum, familiaritatem sibi contraxit.
Interea temporis Anno M. DC. LXII. die IX. April. Decanø,
Excell. Viro DN. HENRICO RUDOLPHO Redefern / JCto,
P. i. Consiliario Mecklenburgico, cum aliis, in U. J. Dem. more
solenni, absens est pronunciatus. Sesquiennio in Borussiâ exacto,
Anno, videlicet, M. DC. LXII. in hanc patriam Academiam re-
dux, die XIII. Decembr. Pudicissimæ, &, excellentiori virtutum
ornatu, Lectissimæ Virgini, MARGARETHÆ ELISABETHÆ
Beselinin / DN. VALENTINI Beseling / Sedecim Viri, & Ci-
vis primarii, relictæ unicæ filiæ, hodiè viduæ mœstissimæ,
fide Matrimonii se obstrinxit. Et pacatissimum, in septennium
usq; felicissimumq; hoc fuit Conjugium, nisi unam, ejus felici-
tati, objicias annivæ, quâ & tristius plerumq; & infastius, cùm,
quod secundum prohibere solet, una morte, & corpus, & no-
men, optimorum Conjugum obruat, vulgo judicatur: sed hâc
et in ratione, nihil quoq; doloris, lacrymarumve liberis est re-
spectum

lictum. Anno M. DC. LXVII. Calend. Auguſti, à Sereniffimo
Principe ac DOMINO, DN. GUSTAVO ADOLPHO, Domi-
no ac Duce nōstro Clementissimo, in locum DN. D. MOR-
HOVII, Poēſeos Professor Ordinarius est ſurrogatus, cui ſpar-
tæ etiam pro virili, huc usq; præfuit. Sed cum naturā eſſet a-
latus, ſicq; per aliquot iam annos ad Phthisin propenderet, non
minus nuper, ac quam plures alii, in ſe experiri coactus fuit,
autumnale tempus exactè Tabidis eſſe lethale. Et hanc quidem
effati veritatem, ſi ſollicita Excellentissimi DN. D. JONAN-
NIS B A C K M E I S T E R I, Collegæ noſtri junctiſſimi,
cura infringere non valuerit, non equidem miror: cūm eandē
non infringat ipſe Præceptor. Non tamen corporis ſui priu-
compaginem relinquere voluit B. Noſter, quām ſacratissimo, per
Plur. Rev. atq; Excellentiſſimum DN. D. JOHANNEM QVI-
STORIUM, Collegam noſtrum Honoratiſſimum, viatiō
muniretur. Hoc ſumptō, inter preces atque ſpiritia varia-
hōrā quintā matutinā, die VI. Febr. placidiſſimā planē, quam
dies haec mēns noctesq; meditatus erat, morte, beatissimam con-
ſecutus eſt a eternitatē. Quod itaq; reliquum eſt, omnes vos &
ſingulos, CIVES OPTIMI, uti præclarissimē Defuncto Colle-
gæ ac Amico noſtro, ultimū hodie honoris pietatisq; officium,
piatissimā vestrā frequentiā, exhibeatis, ulterioremq; Acad-
miæ hujus, omniumq; in eādem, defæcatorum cladem, ar-
dentiſſimis, apud DEUM, precibus impediatis, publico
hoc Programmate hōtor,
rogoq;.

P.P. sub Sigillo Rectoris die XII. Febr.

ANNO M. DC. LXIX.

Conventus fiet in Æde Jacobæ
horā I^{mā}.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755916883/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755916883/phys_0011)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755916883/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755916883/phys_0013)

DFG



Quidem diversæ passim Philosophiæ circumferuntur descriptiones, quas singulas, & recensere, longum; & ad rationis, in præsentiarum, libellam revocare, tædiosum foret. Antiquissimam ego primâ facio: tanquā à Philosophorū, quos habemus, Primate latā, omniumque, rectè philosophantium, calculō, hactenus approbatā Platonis ea est, digna profecto Authore abus tantum voculis, MEDITATIONE, puta, lvatur. Censebat Divius ille Vir, tantò nos evas, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philosopho, circa mortis meditationem reperiamus. Mortem, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque it, quales esse in morte desideramus. Ea, animum quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini m notam inurere possunt. Ea est, quæ do, timorem pellit, tranquillitatem inducit; s casuum animum varietates firmat, adversus reddit, quando omnia a beodem impedimentantò paratior sit, sicubi res exiget, statim quando est faciendum, statim exire, quo aliquid, tabernaculo suo. Quæ enim ista mortis, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm terris animal, præter hominem, cognitione.

DE